



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio  
Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

X. Adfertur quintus, sextus, & septimus modus præsentia diuinæ; nempe memoria quatuor nouiſsimorum, timoris Domini & præceptorum eius, ac paſſionis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

me esse confiteor, quod sine artificis ma-  
fficere nihil potest.

## CAP. X.

*Adfertur quintus, sextus, & septimus mo-  
dus presentia diuina; nempe memoria qua-  
tuor nouissimorum, timoris Domini  
& preceptorum eius, ac passio-  
nis Christi.*

**D**Iximus Deum in nobis consistere  
per essentiam, cum in memoria, in in-  
tellectu, in voluntate & affectu est, tamquam  
in memoria, intellectui, & voluntati obiecta,  
nempe memorata, intellecta, dilecta. De me-  
moria aliquot modos ponemus, ne tantam fa-  
cultatem in nobis otiosam ac inutilem repute-  
mus. Hortantur nos Scripturæ diuinæ ad quæ-  
dam speciali studio memoranda: atque in pri-  
mis nouissima hominis, quæ sunt mors, iudi-  
cium, infernus, & cælestis gloria; quorum me-  
moria admodum utilis est, maxime ad pec-  
catum detestandum aut fugiendum. Memorare,  
ait Ecclesiasticus, *nouissima tua, & in æternum non  
peribis.* & D. Gregorius ait: *Presentis temporis ita  
regenda est latitia, vt numquam amaritudo sequentis  
iudicii recedat à memoria.* Memor esto, ait idem Ec-  
clesiasticus, *quoniam mors non tardat.* addit infe-  
rus: *Memento nouissimorum, noli obliuisci.* Memor  
iudicii mei: sic enim erit & tuum: *mibi heri, & tibi  
hodie.*

*Modus 5.  
memoria  
nouissimo-  
rum.*

*Eccles. 7.  
Hom. 32.*

*Eccle. 14.*

*Eccle. 38.*



hodie. Ecce qua n grauter mortis iudicij  
memoriam inculcat. Sane aliquoties in  
horum esse memorem, partim ad bonam mor-  
tis præparationem, partim ad peccata vitanda  
ad nos excitandos à torpore & ignauiâ, & t  
prououendos in via ac progressu PER  
CTIONIS quærendæ, vtile admodum  
fuerit.

*Modus. 6.* 55. Frequens etiam est Scriptura in mem-  
*memoria* ria reuocanda timoris Domini, & obserua-  
*timoris* nis mandatorum eiusdem Memorare, ait  
*Domini,* clesiasticus, timorem Dei, & non irascari  
*& manda-* mo. Propheta Regius hæc animo per-  
*torum eius* verfabat. Memor fui, ait, nocte nominis tui, Domine  
*Eccle. 28.* & custodiui legem tuam. Iustitia illius in filiis  
*Psal. 118.* rum, his qui seruant testamentum eius, & man-  
*Psal. 102.* sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. Tame-  
*Nurz. 15.* ro Deus hanc memoriam duxit, vt ita Mo-  
pæcepit: Loquere filiis Israel, & dices ad  
faciant sibi simbrias per angulos palliorum, per  
in eis vittas hyacinthinas; quas cum viderint,  
dentur omnium mandatorum Domini, nec ser-  
tur cogitationes suas, & oculos per res variat  
cantes; sed magis memores præceptorum Domini  
ciant ea, sintque sancti Deo suo. & in Deuter-  
nomio: Erunt verba hæc, qua ego præcipi-  
*Deut. 6.* hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & ma-  
taberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in  
re, dormiens atque consurgens; & ligabis ea quo-  
gnum in manu tua, eruntque & mouebuntur in  
culos tuos.

Huius argumenti vis est, admodum vtile



dominem non esse otiosum, sed expedire  
 sper aliquid animo versari, omni loco & tem-  
 pore, quantum vires humanæ ferre possint: &  
 oportet tibi deesse materiam, en sufficiens con-  
 siderationis leges, vt vitam præteritam reco-  
 laris, præsentem discutias, quidque futurum sit  
 examines, (quod optabat Moyse filii Israel.  
 Deus ait, absque consilio est, & sine prudentia: vtinam  
 cogitent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent!) *Dent. 32.*  
 utinamque aliquid de Lege Domini vel diuinis  
 scripturis reuoluas, ruminans nunc versicu-  
 lam Psalmi alicuius, vel sententiam desum-  
 ptam ex diuinis paginis. quod D. Augustinus  
 libro quinquaginta Homiliarum. Memoria ho-  
 minis (ait) sic est, vt venter pecoris. Nostis quia in Lege  
 munda dicta animalia que non ruminant: que au-  
 tem ruminant, munda sunt: quecumque habent  
 ungulam fissam, pertinent ad discernendum verum  
 & falsum. Ungula fissa pertinet ad discernendum  
 quod dextrum, quid sinistrum: ruminatio enim perti-  
 net ad eos qui cogitant postea quod audierint & tenuerunt:  
 nam modo manducamus, & in memoriam tam-  
 quam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus  
 quando ruminat? Illud quod in præsepe iactatum fue-  
 rat, & in ventre repositum, reuocat ad os, & in ipsa  
 dulcedine conuiescit. Hoc dixi, vt commendarem  
 vobis ne sitis immundi tamquam pecora. Accepit illud  
 in ventre, postea non ruminat, & transit tota dulcedo:  
 & nihil vobis prodest quod reconditum est: quia non re-  
 dit ad os dulcedo. Audite illud expresse & aperte dictum:  
 Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stul-  
 tus autem gluit illud. Hæc Augustinus. *Proverb. 21.*

It 4

Hoc



Hoc exercitio solemne erat D. Augustinus mentem excolere: erat enim illi in deliciis, non modo orationem aut studia, sed & mensura Scripturarum commemoratione, tamquam optimo obsonio, condire. De D. Thoma idem, quod etiam dum ederet, tacitus quæstiones versabat animo, discutebat & enodabat difficultates grauiissimas.

*Eccle. 6.*

*Exodi. 13.*

Quare consilium hoc optimum est, & à Spiritu sancto inculcatum. *Cogitatum* ait, *habe in præceptis Dei. Erit quasi signum in tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. & Domini semper sit in ore tuo.*

Hoc à nobis merito exigit Deus, qui nobis præstitit, maiora promittit, maxima fert assidue; nempe ut fidem datam Legem ipsius impleamus: & tamen (quæ intoleras humanæ est, dicam etiam quæ infidelium, quæ in tribunalis misericordiarum, coram curia facti, in præsentia iudicis, ministri Dei, quin à tractu resiliamus, immemores pacti ac pæderis. Diluuium consummato, posuit signum inter se & terram, arcum in nubo quo declararet æternam reconciliationem parte sua firmam & inconcussam. eum altissimo loco collocavit, & admodum visibilem omnibus prospici posset. Nihilominus non euasit melior, aut constantior: excitauit rim Babel, ut ad cælum usque Deo tingeret. In Pœnitentiæ Sacramento, quasi uio passionum ac dolorum Christi, peccator

*Allegoria  
promemo-  
ria manda-  
torum &  
misericor-  
dia Dei.  
Gen. 9.  
Gen. 11.*



& mensuram  
 ramquam  
 homa id  
 tus quæ  
 nodabat  
 est, & le  
 atum  
 num in  
 tuos. & n  
 s, qui me  
 maxima  
 n seruen  
 (quæ  
 æ infid  
 mus, præ  
 n curia  
 , quin à  
 ac per  
 posuit  
 in nub

patris submergitur: Deusque, deposita om-  
 nia, pactum init nobiscum, & ius heredita-  
 re conciliatis ad bona Patris æterni restituit,  
 modo promissis stemus) & inter nos & cœlum  
 illum purpureum, I E S V M Chri-  
 stum crucifixum, dilaniatum à capite ad pedes,  
 interponit medium, eoque loco constituit, tum  
 verbo prædicationis, tum imaginibus, quæ  
 in modo templis singulis, sed & domibus præ-  
 omnibus ac locis patentibus emicant, tum  
 ficio quod quotannis recolitur, quoque pas-  
 sionis acerbitas explicatur, imo singulis diebus,  
 prædicam singulorum dierum horis, per vni-  
 versum orbem in tremendis Mysterijs comme-  
 moratur, vt difficillimū sit, hunc scæderis arcum  
 symbolum non videri. Nihilominus vix à  
 templo, ab oratione, à proposito loco recessi-  
 mus, præter nostris memores. de quibus Psalmista: *Non  
 curunt memores multitudinis misericordie Dei. Psal. 105.*  
 Quapropter vilissima erit recordatio diuino-  
 rum mandatorum, quæ pactum istud conseruet,  
 nosque nobis ipsis Deoq; præsentem constituat,  
 à lapsu liberet ac vendicet.

Præceteris omnibus nostra memoria oc-  
 curri debet cum in Christi Seruatoris vita san-  
 ctissime traducta, tum vero potissimum acer-  
 tissimi eius dolores veniunt cogitandi quod cū  
 maxime nobis salutare sit, tum ad id is ipse, qui  
 inuitat per Propheam  
 am. *O vos omnes, ait, qui transitis per viam, atten-  
 dite, & videte si est dolor sicut dolor meus. & Apoc.  
 Thren 1.  
 Heb. 12.*



- Heb. 12.* *Stolus* : Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem : verum fatigemini, animis vestris deficientes. Pissimus quoque Bonauentura, Quoniam, inquit, deus in nobis feruor per frequentem passionis Christi memoria nutritur & conseruatur in homineis semper oculis sui Christum in cruce tamquam morientem cui deuotionem in se vult conseruare inextinguibile. Propter hoc Deus dicit in Leuitico : Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos subiciens ligna per singulos dies. Altare Dei est cor tuum. hoc altari debet semper ardere ignis feruida deuotionis qui singulis diebus debet nutriri per lignum crucis Christi, & memoriam passionis ipsius : & hoc est quod
- Isai. 12.* *Isaias* : Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ac si diceret : Quicumque desiderat gratiarum, aquas lachrymarum iste hauriat de fontibus Saluatoris, id est, de vulneribus Iesu Christi.
- Qua memoria passionis Dominice excipiantur.* Bonauentura. Multa sunt in rebus creaturarum quæ summa facilitate, adhibito tamen conseruata nobis vitæ passionisque Dominicæ refertur memoria : qualia sunt, quibus vsus est familiaris ipse Dominus, vel quæ ipsum aduersum nos, vel certe quæ eius humanitatem Diuinitatemque testata sunt. Quare, si solem intueamur, veniat in mentem illius, quod ipso moriente obscuratus est, & tenebræ factæ sunt per totam terram. Si terram aspicias : cogites quod Dominum calcasse lacris pedibus, & memores virtutumque vestigia nobis impressa reliquit. Si eam quoque sanguineo sudore perfudisse. Si aquam : illud occurrat, quod ficcis firmamento



in pedibus ambulauit, quodque ex eius mor-  
 tu lacere copiose profluxerit. Si rupes ac saxa;  
 in hora mortis eius, ex terræ tre-  
 uide, petras scissas fuisse, appertaque monu-  
 menta. Si aer pluuiam imbremue demittat;  
 recordere pluuiæ sanguinæ, quæ ex omnibus  
 corporis laucii partibus in stipite crucis exten-  
 de fluxit. Si uideris rusticanas ædes; subeat re-  
 cordatio stabuli illius, in quo Dei Filius natus  
 est. Si malleos, si forcipes, si clauos, si spi-  
 cas, si scuticas & verbera, si arundinem, si fu-  
 ces si peluim aut malluium; toties ea instru-  
 menta passionis Dominicæ fuisse memento.  
 Cum vestes induis: considera Filium Dei huma-  
 nam induisse naturam: cum exuis: contempla-  
 re eum vestibus spoliatum, ut flagris dirissime  
 maneretur, vel immani cruci figeretur. Hæc qui-  
 dem passim non occurrunt: ars tamen naturam  
 reficit, & gratia. Accedat & conatus oportet,  
 & studium nostrum. Amanti nihil impossibile.  
 Quia denter amat, is & amici memoriam co-  
 nit, & omnia, quæ eius recordationem excitant,  
 complectitur. Ama, & conare: Deus non  
 deerit, mercedemque memoriæ sui non subtra-  
 het.

7. Solent nonnulli viri pii hebdomadæ dies  
 partiti, & singulis suam materiam occupandæ  
 mentis distribuere: ut diei Dominico, qui re-  
 surrectioni consecratus est, apparitiones, quæ  
 illo die acciderunt, cogitandas præscribere: &  
 primū quidem illam quæ Matri Virgini beatissi-  
 mæ, deinde quæ Mariæ Magdalena, quæ tribus

aggre-

*Partitio  
 dierum  
 hebdoma-  
 da, ad reco-  
 lendam  
 Christi Do-  
 mini passi-  
 onem.*



*Domini  
passionem.*

*1. Domini-  
49.*

*2. Luna.*

*3. Martis.*

*4. Mercurii.*

*5. Iouis.*

*6. Veneris.*

*7. Sabbati.*

*Monitio  
pro prudē-  
ti modera-  
tione.*

*Psal. 119.*

*Ioan. 29.*

*Luc. 24.*

*Matth. 26.*

aggregatis Mariis, quæ Petro, quæ duobus  
discipulis in Emmaus euntibus, quæ discipulis  
domi inclusis: ut, si quando mens otiosa fuerit  
illi aliqua ex his obijciatur. Diei Lunæ, quæ  
in horto acciderunt: qualis Christi oratio,  
quæ deinde fuerit somnolentia discipulorum,  
quæ Iudæ vigilantia, proditio, traditio,  
Christi benignitas, traditoris sui osculum  
necnon; quæ denique immanitas Iudæorum  
Messiam suum vincientium & abducentium.  
Die Martis amplissima sunt quæ contigerunt  
ædibus Caiphæ. Die Mercurii nonnulla quæ  
domibus Pilati & Herodis. Diem Iouis liber  
occupant consideratione humilitatis Christi  
pedes discipulorum eluentis; & sacræ Euan-  
gelicæ institutione meditanda. Diem Ven-  
sibi vendicat coronatio Domini cum omni  
irrisionibus, crucis baiulatio ac crucifixio.  
batum consecratur tum sepulture contem-  
dæ, tum doloribus Virginis commemoranda.  
58. Hæc tamen prudenter sunt assumenda,  
ne caput lædatur: difficile namque est res  
concipere, iisque sæpe efformandis facile  
hauriuntur spiritus. expedit potius sententiam  
aliquam ruminare, quæ mysterium illud  
contineat: quales essent pro Dominico  
Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus  
mur in ea. Si tu sustulisti eum, dicito mihi  
sustulisti eum, & ego eum tollam. Nonne cor nostrum  
dens erat in nobis, dum loqueretur in via? Pax  
& similes. qualis item illa diei Lunæ: Tristitia  
nima mea vsque ad mortem. Non sicut ego volu-  
curiebant



Amice, ad quid venisti? Die Martis, de  
 Caiphæ: *Asiterunt Reges terra, & principes*  
*conuerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduer-* *Psal. 2.*  
**CHRISTVM** eius. *Dirumpamus vin-*  
*culorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.* *Psal. 11.*  
*conmiserunt me vituli multi, tauri pingues ob-* *Matth. 26.*  
*struxerunt me: aperuerunt super me os suum, sicut leo* *Isaia. 50. &*  
 *& rugiens. item: Prophetiza nobis Christe,* *53.*  
*quis est qui te percussit? Posui faciem meam vt petram*  
 *& vituperam.* *Non est species ei, neque decor: & vi-*  
*derunt eum, & non erat aspectus; & desiderauimus*  
 *& non habuimus. Despectum & nouissimum virorum. Vere lan-* *Ioan. 19.*  
*guores nostros ipse tulit. Die Mercurii: Pilatus* *Isaia. 53.*  
 edicauit **I E S V M**. *Ecce homo. Vere languores*  
 *nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: &* *Ioan. 13.*  
 *& percussus à Deo*  
 *humiliatum. Die Iouis: Domine, tu mihi lauas pe-*  
 *des. Vos vocatis me Magister & Domine, & bene di-*  
 *xistis. si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magi-* *Ioan. 6.*  
 *ster, & vos debetis alter alterius lauare pedes: exem-*  
 *plum enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci vobis,*  
 *& vos faciatis. Caro mea vere est cibus, & sanguis*  
 *meus vere est potus. Qui manducat meam carnem,* *1. Cor. 11.*  
 *& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*  
 *Non bibit autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &*  
 *& calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne,*  
 *iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans cor-* *Luc. 23.*  
 *pus Domini. Die Veneris: Pilatus adiudicauit fie-* *Matth. 27.*  
 *rationem eorum. Milites plectentes coronam de*  
 *spinis, posuerunt super caput eius; & genu flexo an-* *Psal. 11.*  
 *tebant eum illudabant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. &*  
 *& percutebant caput eius arundine. Foderunt manus*  
 meas



Psal. 21.

meas &amp; pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.

Die Sabbati: Mulier, ecce filius tuus. Ecce mater tua.

Ioan. 19.

Hæc & similes sententiæ totam historiam reuocant in memoriam; & minori labore ac tædium ruminantur, quam si historia repræsentari debear. Expedit vero hæc ex directione prudentis Confessarij suscipere; nec metiri continuuam nem hanc ex desiderio quod gerimus, sed cuiusque facultate ac viribus, ut sic rationabile obsequium nostrum.

Rom. 12.

59. Nec velim quemquam sic ista intelligere, ut alia agendo, hæc simul voluat animo. *Primum intentus minor est ad singula sensus.* Memoria huius præcepti: *Age quod agis.* Si legendum, si studendum, stude; si loquendum, loquere; si inde redi ad te, ne spiritum obruere atque comprimere videare. Caue etiam ne confidens in sola memoria pendeat, sed maxime in actu profectu procedat: sic enim diuturnior erit, & magis sapida. Exercitatio vero ista à iuuentute à primis ætatis annis suscepta miram parit utilitatem, miram delectationem. Quod si hæc tarditas elapsa sit, necesse est huc defectum supplicium magna in Christum Dominum caritas, & incompatiendi desiderium: quod enim amantem laborem non habet; & vbi voluptas, nulla fatigat duratio.

Hunc B. Bernardus, præ ceteris, complectitur est modum, quem tota vita sedulo retinere, & que ex omnibus passionis instrumentis, delectationibus, conuiciis suauissimis. Domini sui factum lum myrrhæ confectum: nec vbera sua volent



commemorari; sic hortans nos ad imitandam Ipſo- *Serm. 436*  
 lo, fasciculum myrrhæ complectentem: Tu *in Cant.*  
 si sapiſ, imitaberis ſponſæ prudentiam, atque *Fasciculus*  
 myrrhæ tam carum fasciculum de principali tui *dolorum*  
 nec ad horam patieris auelli. amara illa omnia *ac paſſio-*  
 pro te pertulit, ſemper in memoria retinens, & *num Do-*  
 ſua meditatione reuoluens; quò poſſis dicere & tu: *mini.*  
 fasciculum myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera *Cant. 1.*  
 commemorabitur. Et ego, Fratres, ab ineunte mea  
 inſerſione, pro aceruo meritorum, quæ mihi deſſe  
 noſcebam, hunc mihi fasciculum colligare & inter  
 vbera collocare curauì, collectum ex omnibus an-  
 imarum & amaritudinibus Domini mei: primum  
 inſerui inſancilium illarum neceſſitatum, deinde la-  
 queorum quos pertulit in prædicando, fatigationum in  
 currendo, vigiliarum in orando, tentationum in te-  
 mendo, lacrymarum in compatiendo, inſidiarum in  
 loquendo, poſtremo periculorum in falſis fratribus,  
 & inſidiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum,  
 approbationum, clauorum, horumque ſimilium, quæ  
 ſalutem noſtri generis ſilua Euangelica copioſiſſime  
 protulit. Hæc Bernardus.

Scribit P. Franciſcus Ribera, duas ſorores *In vita*  
 nobiliſſimas, Illuſtriſſimi Sancij Godmes filias, *Matris Te-*  
 Catharinam & Mariam, fundaſſe quoddam *reſe, lib. 3.*  
 Monasterium Carmelitarum Diſcalceatarum. *ca. 3.*  
 Admiranda fuit Catharinæ primogenitæ ad  
 Deum conuerſio Anno ætatis 14. (de qua primo  
 libro diximus) quo tempore eum ab humili  
 Chriſti cultu atq; obſequio longiſſime abeſſet,  
 quidquid illi parentes coniugij nomine de-  
 terrent, opinione ſua minus eſſe videretur,

con-



„ contigit vt in Christi cruci affixi effigiem incidit  
 „ ret, in cubiculo quodam appensam: in quam  
 „ iectis oculis, legere cœpit eiusdem crucis titulum  
 „ **JESVS Nazarenus, Rex Iudæorum.** cuius singula  
 „ verba sic eius animum peruaferunt, vt eo  
 „ momento, cœlesti lumine igneque afflata, in  
 „ liam plane mutata sit. Haufit enim illico in  
 „ bilem abiectiois suæ ac humanæ miseri-  
 „ gnitionem. Inflammata deinde ardentissimam  
 „ Del causa patiendi desiderio, humilitatis Chri-  
 „ stianæ altissima fundamenta ponit: seruen-  
 „ mo odij proprii ac pœnitentiæ agendæ ardore  
 „ succensa. His iactis fundamentis, antequam  
 „ loco moueret, castitatis voto obstrinxit se  
 „ paupertatis; concepto simul inæstimabili  
 „ derio subiiciendi se alterius imperio; intan-  
 „ vt parata esset hanc ob causam in Maurorum  
 „ gionem commigrare. Incredibilia sunt, quæ  
 „ bilissima hæc virgo à die illo fecerit, quæ  
 „ acciderint: sanitate ei diuinitus restituta: vili  
 „ item mirabili ostensa ei Religione quæ  
 „ retur, regulisque eiusdem institui propo-  
 „ ginti annis antequam Monasterium funda-  
 „ cum sorore: cui omnia bona sua contulerat  
 „ priusquam ingrederentur, nulla tamen de  
 „ ingressus sui facta mentione. quæ omnia  
 „ longo capite idem Pater persequitur. De  
 „ denique Catharina virtutum laude floren-  
 „ ma, cuius vitæ adeo illustris initium dederat  
 „ li Dominicæ crucis & Regis Regum in ea  
 „ si visio, attentaque consideratio.  
 „ Misit Iosue exploratores duos in urbem



CT.

pro, qui explorarent qua parte ciuitas capi  
 Diuerterunt ad Rahab meretricem: cū  
 quererentur à Rege Iericho, illa eos absco-  
 ac illæfos incolumesque remisit; ea tamen  
 vt misericordiam illi præstarent in expu-  
 natione ciuitatis; sed addito signo funiculi  
 metalligati, & à fenestra dependentis. Cum  
 caperetur ciuitas, & omnes cæderentur,  
 funiculo coccineo è fenestra suspenso do-  
 gnita est, saluataque Rahab cum tota co-  
 natione sua. Iericho, quæ lunam significat,  
 dum hunc, mutationibus innumeris ob-  
 designat. Rahab meretrix, quæ Latine  
 sonat, pœnitentem animam, & ad  
 conuersam, nobis innuit. Hæc nuntios  
 seu Saluatoris recipit, & abditissimis cor-  
 locis abscondit. Hi autem duo nuntij  
 memoria Christi Domini amantissimi, ac  
 dolorum eius compassio: qui,  
 ferne deuoluantur, alligantur funiculo coc-  
 è fenestra. Fenestræ nostræ sunt  
 siue interni, siue externi; per has. n. vita aut  
 in animas nostras ingreditur: sed in iis al-  
 gandi duo illi nuntij funiculo illo coccineo,  
 Christum in cruce colligauit & constrinxit;  
 funiculo, inquam, noui Adæ, vinculis caritatis:  
 in sola cogitatione inhæere debent, sed in-  
 ad cor affectumque demitti. Cum autem  
 nostra aut mundus ipse expugnabitur à ve-  
 Iosue, mundi Saluatore, Iudice, & terræ pro-  
 onis expugnatore: funiculus ille in signum  
 si inuentus fuerit è fenestra dependens: co-

*Iosue 2.*  
*De passio-*  
*nis Domi-*  
*ni memo-*  
*ria, pracla-*  
*ra figura.*

*Osee 11.*

Vu gno-



gnoscentur enim ij, qui intimo affectu Christo  
compassi, in fenestris animi corporisque, patie-  
tis Domini memoriam numquam depolice-  
runt; cædentur reliqui, & in infernum demer-  
gentur; saluabitur vero Rahab, & ascribetur  
qui terram fidelibus amicisque Dei promissa  
possidebunt; nosque cum ea partem habebi-  
mus: si enim filii, & heredes; heredes quidem Dei  
heredes autem Christi: si tamen compatimur, &  
conglorificemur.

Rom. 8.

## C A P. XI.

*Modus octauus, nonus, & decimus con-  
presentia Dei, per intellectum ex Regio  
ratu in cælis: variis figuris per imagi-  
nes: viua fide in sacrosancta  
Eucharistia.*

60. **H**Atenus de exercitio memoria  
Intellectus nobis tres quoque mo-  
suppeditabit: atque in primis illum quem  
minus insinuare videtur, dum nobis orationem  
normam præscribit. Sic orabitur, inquit: *Patres  
ster, qui es in cælis.* quibus verbis Patres volun-  
dicari, nos à terris ad cælos debere assurgere  
transferri mente ac cogitatione. Hinc Iohannes  
Damascenus orationem definit esse eleuationem  
nem mentis in Deum. & fideles ipsi, naturam  
quasi instinctu, (sicut apud Virgilium in *te-*

*Modus o-  
ctauus pra  
sentia Dei,  
quo confi-  
deratur in  
cælis appa-  
ratu Regio.  
Matth 6.  
Lib. 3. de fi-  
de orthod.  
ca. 24.*